

Georg Friedrich Gernhard

**Dissertatio Epistolica De Differentia Noni Et Decimi : In Decalogo Praecepti Dilvcida Et Perspicva, Qvae Nonsolvm Diversitate Nititvr Modi Conscvpiscendi, Sed Et Obiectorum Varietate**


Cobvrgi: Ex Officina Ottoniana, MDCCXXXVIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870071505>

Druck Freier  Zugang








a.




30

*Fa = 1092 (30.)*











DISSERTATIO EPISTOLICA  
DE  
DIFFERENTIA NONI ET DECIMI  
IN DECALOGO PRAECEPTI  
DILVCIDA ET PERSPICVA,  
QVAE NONSOLVM DIVERSITATE NITITVR MODI  
CONCVPISCENDI,  
SED ET  
OBIECTORVM VARIETATE,  
QVA  
V I R O  
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMOQVE,  
D O M I N O  
IO. FRIDERICO FISCHERO,  
COBVRGENSI,  
AFFINI  
CVM PRIMIS SVSPICIENDO,  
SIBIQVE AMICISSIMO,  
DE  
SVMMIS, QVOS IN ACADEMIA LIPSIENSI  
IN PHILOSOPHIA RITE OBTINUIT, HO-  
NORIEVS GRATVLATVR  
GEORGIVS FRIDERICVS GERNHARDVS,  
ECCLESIAE AD D. OSWALDI, QVAE MEGAGVAL-  
BVRGI IN AGRO COBVRGENSI EST, PASTOR.  
A. O. R. CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup>CCXXXVIII.  
COBVRGI, EX OFFICINA OTTONIANA.



DISSERTATIO EPISTOLICA

DE

DIFFERENTIA NOMI ET DECIMI

IN DECALOGO PRAECEPTI

DEUS ET HOMO

QUAE NON SOLVM DIVERSITATE NITIVR MODI

CONVERGENDI

SED ET

OBJECTORVM VARIETATE

QVAE

VIRI

PRAECEPTISSIMO AMPLISSIMO, DOCTISSIMO QVAE

D O M I N O

IO. FRIEDERICO FISCHERO

CONVULSIS

ATINI

CVM PRAESENTI OCCASIONE

REACTIS AMICIS

DE

GYMNASIO QVOD IN ACADEMIA LIBERENSIS

IN THEOLOGICA RITE OBTINUIT HO-

NORES GRATIAS

GEORGIVS FRIEDERICVS CERNHARDVS

PROFESSOR ET D. GYMNASII QVAE LIBERENSIS

IN ACADEMIA LIBERENSIS

M D C C C X X V I I I

PRINTED AT GIESSEN BY J. NEUBERGER



VIR  
PRAENOBILISSIME,  
DOCTISSIMEQVE,

AFFINIS ET COMPATER DVPLICI  
HONORIS CVLTV PROSEQVENDE.



§. I.  
Fanaticorum igitur somnia explodis, quibus, cum Caroloftadio suo, Weigelio, Hoburgio, Brecklingio, indignum homine Christiano videtur, gradus dignitatis in Academicis concupiscere eosque ascendere. Admirabili enim quodam ad literas elegantiores et philosophiam studio a pueritia concitatus, iisque non leuiter imbutus, bonarum artium Magistri dignitatem modeste petis, petita feliciter potiris, potitus ea in sinu gaudes, Tuosque omnes praecipua quadam laetitia perfundis. Dum autem honores Academicos licito concupiscis, et concupitos ex merito adipisceris; mihi quidem, de illicita alieni appetitione, qua nobis in Decalogo interdicitur, pauca quaedam TIBI gratulatuero, proferre licebit.

A 2

§. II.



## §. II.

Decem numero sunt praecepta, a) quibus summus ille legumlator, rerum omnium praepotens Deus b) voluntatem suam, sanctitate et iustitia praestantem, populo suo lectissimo, tanquam sponfus sponsae, quinquaginta dierum interuallo paratae, c) duabus, pro diuersitate officiorum, lapideis tabulis, digito suo dupliciter inscriptis, d) veluti foederis formulam, inter fulgura et tonitrua, de Sinai monte patefecit in compendio.

a) Mittimus distinctionem Ebraeorum, qui studiose inter praecepta et verba Decalogi distinguunt, et decem quidem verba, quatuordecim vero, plurae praecepta nominant Decalogi. Adscribimus tantum verba Abatbanelis e versione et recensione b. D. IOH. HENR. MAII *Oecon. temp. V. T. p. m. 408. edit. post.* qui docet, decem esse, ratione verborum, quae addita sunt, et pausarum, quae inter singula verba intercedunt.

b) Dei filium legem de Sinai monte dedisse D. PHIL. OVSEEL diff. de autore decalogi Franc. ad Viadr. 1717 e consensu S. S. et Rabb. docet Conf. WITSIVS *Oeconom. foed. lib. 4. c. 4. §. IV. V. D. ION. CONRAD. SCHRAMM, Diss. de lege per angelos disposita Helmst. 1738. WOLFF in curis ad Act. VII. 53.*

c) Vt copularetur cum ecclesia Israelis, lege data, quo ipso coronabatur Monarcha, vnitatem absolutissimam: vt inueniretur vnus superne et vnus inferne. b. DANZIUS, e libro

*Sobar, in progr. de promulgatione Evangel. ad Act. II. 1. sq. quod Magn. et b. MEVSCHEN in N. T. suo e Talmude caet. illustr. ab interitu vindicauit, p. m. 742.* Hinc dies Pentecostes, qui dies est promulgationis Decalogi, tempus legis datae vocatur dies copulationis ecclesiae Israelitarum cum sponso, Deo benedicto, et festum receptionis Israelitarum sub alas Majestatis diuinae, imo vnionis ecclesiae cum sponso suo, caet. conf. DANZ. l. c. p. m. 744. 745.

d) Exod. XXXII. 16. Quae, priores et posteriores, Exod. XXXIV. ab ipso Deo inscriptae, a non paucis in arcam foederis reperiuntur repositae. Conf. b. RVSII *Diss. de vario Mosis in montem Sinai adscensu. Ienae 1733. §. 23. 37. et M. IOH. FRIDR. MICHAELIS Diss. sub praef. IOH. CHRIST. WICHMANNSHAUSEN, Vitteb. 1719. habita, de tabulis foederis prioribus, praemissa commentatione de tabulis quibusdam veterum, et EIVSD. de tabulis foederis posterioribus, diff. IV.*

## §. III.

Moses, diuinus ille rerum sacrarum et florentissimus scriptor, suis in Exodi et Deuteronomii libris e) per verba עֲשֵׂתָ הַדְּבָרִים nume-



numerum definiuit rotunde: quem virum *ἐνθεον* patres et veteris et noui foederis secuti decem semper agnouere praecepta, de Sinai palam prolata. f) Impii quidem Socini sectatores denarium hunc numerum cupide et libenter nouo augerent additamento, nisi Sociniana haec distortio verborum, *ἐντολὴν καινὴν δίδωμι κ. τ. λ.* Ioh. XIII. 34. longissime a mente Seruatoris optimi aberraret. Quodsi IOH. MELCH. STENGERVS argumentis grauibis docere potuisset, decimum Decalogi praeceptum non pertinere ad legem Christi, et hic numerum imminuisset. g)

e) Exod. XX. 1. XXXIV. 28. Deut. IV. 13. X. 4.

f) Ad numerum quod attinet legum, quas summus legumlator Deus suis dedit, non semper vnum eundemque fuisse, res est nota ac perulgata. Loquimur vero non de illis in hominum cordibus inscriptis Ro. II. 15. quae semper fuerunt eadem numero, sed de iis, quae verbis vel simili modo promulgatae sunt. Vnitas erat numerus legum protoplastis in statu integritatis latorum Gen. II. 17. cuius loco vero b. Hülsemannus, Calixto contradicens, ternarium substituit, e locis Gen. II. 2. 3. II. 16. 17. II. 24. *conf. HÜLSEMANNI diff. de pacto Dei cum toto hum. genere in protoplast. ante lapsum inito.* Senarius erat, qui leges, quibus tenebatur Adam e Paradiso pulsus et *ἀπέναντι τῆς παραδείσου τῆς τροφῆς* collocatus, ex mente Rabb.

claudebat. b. IOH. FRISCHMUTH *de VII. praeceptis Noachi.* Noachidarum leges iisdem cancellis circumdatas fuisse, donec legislator Noae septimum, Gen. IX. 4. inculcasset, docet d. IOH. G. ROESER *de praeceptis Noachidarum ceu eximio iuris naturalis specimine.* Leges a Mose in Mara Exod. XV. 25. Israëlitis datas nonnulli per has Noachiticas explicant; ast *conf. ROESER I. c. et AVCTOR AMOENIT. BIBLIC. eum praef. b. Wernsdorffii, Budiss. 1724. 4. P. II. p. m. 229. Cel. SCHROEDERI Acerra bibl. cont. cent. 8. p. m. 94.* Septenarium ad Abrahami vsque tempora legum diuinarum fuisse numerum b. ROESER I. c. Maimonidis comprobatur testimonio.

g) b. MVSÆVS Tr. gründlicher und ausführlicher Bericht, welcher gestalt die Lehre von der Bussfe caet. edit. sec. Ienae 1675. 4. p. m. 137. 161.

#### §. IV.

Mosi, e legum Iudaicarum interpretum calculo, traditum esse, vt promulgaret leges numero *תריג* s. 613 pro numero dierum anni solaris Aegyptiaci s. Iuliani communis, *שס"ג*, 365 prohibitivas, e quibus tantum 64 ad sexum sequiorem spectare tradunt: pro ficto corporis

A 3



poris humani membrorum numero "רמ"ו, 248 iniunctivas, b) vt Abrahami separarent gentem ab omnis terrae populis, i) Ebraicarum antiquitatum scriptores pluribus testantur.

b) *Conf. BVXTORFF de abbrev. p. m. 204. 287. 214. cel. A. G. WAEHNERI antiqu. Ebr. Vol. I. p. m. 617. §. 37. 38. 39.* dies respondeant. Ast numerus 613 melius cum literis conueniret, quam 653.

Quotque hominis sunt membra,  
dies quot computat annus,  
Tot praecepta dedit.

Quod vero alij aliter explicant. Ap-  
ponimus tantum verba AVCTORIS  
INCERTI *annotat. in V. T. et in epist.  
ad Ephesios, e bibliarb. Ioannis Archie-  
piscopi Eboracensis in lucem erur. Franecq.  
1704. m. 8. p. m. 115. sq. porro, scriben-  
tis, e literis 653. quae hic scribuntur,  
praecepta totidem Ebraei eliciunt;  
nimirum affirmantia 288. negantia  
365. vt illis articuli corporis, his anni*

i) SAVRIN *discours hist. crit. Theol.  
et mor. T. IV. p. m. 139. edit. 1730. a la  
Haye.* Qui harum legum dilucidio-  
rem explanationem quaerunt, adeant  
R. D. LIDAE *Tr. עיר מכלט*, quem  
a filio R. PETACHIA anno 1727. Fran-  
cof. in collectione illa tractatum, cui  
tit. ספרינוכלבו editum esse nos do-  
cent Ansch. *Madr. 1740. p. 166. conf.  
etiam AVCTOR AMOEN. bibl. P. II.  
p. m. 348. n. a. Muhamedis asecclas  
numerum traditorum Mosi praece-  
ptorum ad 3515. adaugere, eorum te-  
statur CORANVS, lib. II. c. 2.*

### §. V.

Numerum excipiat ordo, k) non is quidem, quo quodque  
praeceptum alterum sequatur, an sextum, opinante GROTTIO, a b. CA-  
LOVIO debellato, sit quintum? caet. sed diuisio, non tam praeceptorum  
in tabulas, l) quam praeceptorum in tabulis: praeceptorum non prio-  
ris, sed posterioris tabulae. Et scopus quidem huius dissertationis sit,  
differentiam noni et decimi Decalogi praecepti, ab objectis petitam,  
asserere.

k) *b. w. FRANZIVS diff. de distrib.  
praecept. Decal.*

l) Decalogum in duabus scriptum  
fuisse tabulis, est in confesso. Exod.  
XXXI. 18. XXXIV. 1. Deut. IX. 10. 11.  
15. 17. X. 1. Priori tabulae a vestigiis  
optimi magistri Matth. XXII. 37. sq.  
et Pauli Eph. VI. 2. non aberrantes,

annumerant praecepta, quae de offi-  
ciis erga Deum immediate praestan-  
dis, seu ea, quae de supremi numinis  
amore et cultu: posteriori vero ea,  
quae de officiis erga Deum mediate,  
seu quae de dilectione proximi prae-  
cipere solent. Iudaeos complures,  
vt et ex iis, qui Christo nomina  
dant et corda, Irenaeum, Atha-  
nasi.



nasium, Auctorem operis imperf. aliosque cuique tabulae quinque tribuere praecepta, res est nota, testata, manifesta. conf. IOSEPHI Ant. Iud. lib. III. c. 4. Franzius l. c. Th. 7 - - II. Paulum Rom. XIII. 9. ad hanc diuisionem Iudaicam respexisse, non paucis videtur.

§. VI.

Duplex diuisio Decalogi praeceptorum in tabulis inter Christianos occidentales reperitur recepta, Augustiniana m) et Origeniana. Vt missam faciamus illam Iudaeorum ab ORTELIO in Synagoga bifronte minus feliciter defensam, et ATHANASII et IULIANI apud CYRILLVM, n) quae prioris tabulae verba versus tertii Exod. XX. plane omittit; vt et illam a THOMA EX HESYCHIO notatam et rejectam, o) quae praeceptum de Sabbatho e numero Decalogi legum segregat.

m) Augustiniana, quae AVGVSTINO, imo ORIGENE, Clementis Alex. in Scholis Catecheticis discipulo et successore, antiquior est v. VOSSIVS Thesaur. disp. diff. 24. thes. 8. ideo hoc nomine appellata, quia ille saepius hac diuisione vsus est. c. Faustum c. 4. 7. in epist. ad Ian. 119. in Quest. in Exod. De decem chordis c. V. VI. et super Psalm. XXII. caet. Eadem ratione, vt ORIGENI aequalem apponamus, imo antiquiorem, Clementina

denominari posset; quia CLEMENS ille ALEXANDRINVS hanc distributionem lib. VI. Strom. p. 682 - 688. edit. Colonienf. adhibuit.

n) FRANZIUS l. c. Th. 44. 45.

o) CALOV Syst. T. XI. c. 1. p. m. 4. De ratione praecepta numerandi Samaritanorum vid. IOH. FRID. MICHAELIS, diff. de tab. foederis prioribus.

§. VII.

Ea Decalogi diuisio a nostrae aetatis Theologis p) appellatur Augustiniana, quae praeceptum de amore Dei, cultuque in tria tantum diuidit praecepta, et illud de amore proximi partitur in membra VII. duo de concupiscentiae peccatis numerans praecepta.

p) A b. KROMAYERO in Theol. pos. pol. p. m. 724. b. PFEIFFERO in dub. vex. p. 234. b. RVSIO, quem ea de causa EZARDVS vituperat,

quod hac denominatione vsus sit. conf. b. viri Harm. Evang. T. III. praef. p. 22. sqq. aliisque.

§. VIII.

26.

2

2

3

31.

36

3

3



## §. VIII.

Augustinianam sequuntur b. LUTHERUS et sacris ab eo restitutis additi plerique, q) vt et ZWINGLIUS, r) qui circa annum 1521. vt cum LEONE IYDA et CASPARE MEGANDRO, ita cum b. LVTHERO concordabat in eo, quod ad hanc Decalogi praeceptorum diuisionem attinebat. Nostrates eam approbant vt rem quidem mediam, rationibus tamen solidioribus haud destitutam, imo et antiquitate et conuenientia cum legislatoris mente prae Origeniana se commendantem, s) et necessario hanc in ecclesia retinendam docent, non quidem per se, sed propter haeticam contradictionem, loquente b. SCHWARZENAVIO in *System. P. I. p. m. 53.*

q) Quorum nomina et scripta cel. SCHROEDERVS in *Acerrae bibl. Müll. contin. cent. 8. hist. 37. not. f. recenset. conf. quoque cel. WALCHII P. III. der Religions Streitigkeiten ausser der evangelischen Kirche, c. IV. p. m. 409.*

r) Franzius diss. cit. Th. 25. 26. Nominamus etiam STEPH. SZEGEDINVM, SOHNIVM, OECOLAMPADIVM, caet. quorum nomina argumenti ab auctoritate petiti loco esse possunt, quod ecclesia nostra id scelus non admiserit, cuius arguunt eam rigidiores Reformati, §. XI. quando et eorum patres nobiscum sensisse comperimus.

s) GVSSETIVS, decus illud Reformatorem ecclesiae, in *Lex. v.*

הלם p. m. 305. D. Qui, inquit, accentus apposuerunt ANTIQVISSIMI ET PERITISSIMI VIRI, QUORVM SENTENTIA SI NON LEX EST, CERTE PONDVS HABET. Cum itaque Augustinianae diuisionis bonum et firmum fundamentum accentuatio sit, cur hanc non dicamus prae Origeniana commendabiliorem? Quodsi ABEN ESRA, vti testimonium eius a cel. D. ABICHTIO diss. de genuino accentuum officio p. 1. laudatur, in explanatione oraculorum diuinorum non solum accentuum ductum commendat, sed et omnes explicationes, quae cum regimine accentuum non conspirant, reiiciendas tradit, quia auctor accentuum sensum verborum melius perspectum habuerit, quam nos; cur eius ductui hocce in biuio constituti nos non committamus?

## §. IX.

Reponitur diuisio haec, summa injuria, in reliquiarum Papatus numerum, quae in nostris ecclesiis ad hoc vsque tempus remanserint. t) Antiquior enim est Papatu, vsitata iamiam CLEMENTI ALEX., non ignota ORIGENI, u) cognita et iudicata auctori accentuum antiquissimo



mo et peritissimo, §. VIII. Antiquior SAPIENTIBVS TIBERIENSIBVS, x) ESRA, y) imo SALOMONE, coaeva Prophetis et ipsi MOSI. z) Vt ergo accentuatio Decalogica, sic diuisio Augustiniana aetatem attingit Mosi. a)

t) V. IOH. HERM. AB ELSWICH *comment. de reliquiis papatus, ecclesiae Lutheranae temere affectis. c. 4. §. 2.*

u) Homil. 8. in Exod.

x) Auctor enim accentuum antiquior fuit. Quod et nomina accentuum Ebraica et Chaldaica demonstrant. conf. *cel. CHR. FR. BAVERVS in der vernünftigen Gewissheit der ebraïschen Accentuation. c. v. p. m. 113. fq. 128. fq.*

y) *Cel. BAVERVS l. c. p. m. 130. fq.*

z) *Cel. BAVERVS, l. c. p. 130-134. b. A. PFEIFFER in critica S. p. m. 92. fq. b. WEIMARYS in usu accentuat. Sect. I. p. m. 1-46. Quae a cel. WAHNERO in contrarium dicuntur, legi possunt in eiusdem Antiquit. Ebr. Vol. I. Sect. l. c. 36. §. 218. fq. p. m. 129. et p. 12. §. 12.*

a) Semper haec diuisio ecclesiae N. T. doctoribus fuit vsitatio: subscripsit enim, uti monuimus, huic CLEMENS Alex. Sec. II. laudatur ut trita ab ORIGENE Sec. III. approbant eam ut ecclesiis communem AVGVSTINVS Sec. IV. ISIDORVS Sec. VI. et VII. BEDA Sec. VIII. Glossa ord. Sec. IX. BERNHARDVS, LOMBARDVVS, Sec. XII. THOMAS caet. Sec. XIII. Doctores ecclesiae occid. fere omnes Sec. XIV. XV. ZWINGLIVS, caet. §. 8. Sec. XVI. Auctoritas igitur admodum locuples est, qua haec praeceptorum distinctio confirmatur, uti ZACHAR. VRSINVS in 4. probatione, quod Origeniana vera sit diuisio, loquitur et nos longe meliori iure asserere possumus de Augustiniana nostra. Fuit ergo distinctio haec Augustiniana tanquam rector iam olim in ecclesiis Graecis et Latinis, imo in ecclesia V. T. Mosiaca recepta. Vid. WINCKELMANN *diss. de diuis. et mutil. decal. Th. 56.*

§. X.

Placuit auctori accentuum, cuius sententia si non lex est, pondus certe non leue habet, prioris de Dei amore tabulae verba, pro eo ac postulant, ut tria cancellis suis circumscribere praecepta. Hinc quia decem sunt praecepta §. III. numerus Decalogi legum ipse postulat, ut quae de dilectione proximi praecipiant verba, per septenarium diuidamus numerum. Quia vero neque verba versus XII. neque v. XIII. XIV. XV. XVI. in duo dispertire possumus praecepta, necesse est, versus XVII. qui se ipse in duas partes abscindit, duorum diuerforum et

B

distin-

26.

2

3

31.

36.

3

3



distinguentium praeceptorum officia continere. *b*) Ne vero haec distinctio tantum ad veritatem propensior nobis videretur, prospexit auctor ut accentuum, ita et minorum Paraschot, *c*) per  $\square$  suum *d*) interstitii notam, quae, ut in prioribus praecepta per Silluc clausa a se invicem separat, sic in hoc versu praeceptum de domo proximi, per Athnach Silluci vicarium *e*) finitum, a praecepto de vxore proximi fecernit.

*b*) Leue quoddam erat, quod olim fecus sentientes opponerent: *Præcepta diuersa sunt, non eadem*, quae diuersis periodis et versibus; non diuersa, sed vnum praeceptum sunt, quae vno versu a Mose (vt IX. sc. et X.) ponuntur. *URSINVS Explic. Cat. p. m. 582.* Si haec vera essent, et tertium praeceptum, e pluribus periodis et versibus constans, plura in se contineret praecepta et praec. V. VI. VII. VIII. vnicum essent, quia versu comprehenduntur vnico.

*c*) *Conf. b. A. PFEIFFERVS in crit. S. c. I. Sect. II. qu. IV. p. m. 22. sq. M. IOH. CRAVSIVS diff. de sectionibus, in quas prisca Iudaei Pentateuch. diuiserunt. Ienae 1667. WAEHNER in antiq. Ebr. Vol. I. sect. I. c. II. §. 45. sq. p. m. 29.*

*d*) Hoc  $\square$  in exemplis bibliorum Ebr. antiquissimis decies occurrit in decalogo. *Conf. MICH. BECK diff. de accentuat. decal. vna, qua versum, altera qua praec. Ienae 1678. et FRID. DASDORFFII diff. Decalogus ex fundam. accentuum rite examinatus, Lips. 1701. FRANZ. diff. cit. MICH. WAL-*

*THER in Spongia Mosaica ad Ex. XX. 4. §. 15.* Et ipse VAN DER HOOCHT hoc in suis bibliis Ebr. (*praef. §. 27. et Ex. XX.*) diffiteri nequit, etsi addat contentum, auctores harum literarum  $\square$  et  $\square$  fuerunt quidam Iudaeorum scribae: nulla ergo auctoritate hinc inferretur ex  $\square$  Deut. V. 18. decimi praecepti diuisio caet. Oeties, imo nouies praecepta  $\square$  hoc vt signum claudit distinctionis, cur non decies? et ita, vt prima addita vice claudit primum praeceptum et nona, nonum, decima, decimum?

*e*) Qualis etiam videri potest Gen. IV. 8 *b. BECKIVS l. c.* (cui et *b. ABICHTIVS* assentitur, quod vero *VITVS REGENSVSIVS, diff. de interpunctione Decal. imprimis praec. IX. et X. suo assensu non comprobatur*) tradit, Silluc, quod sub voce  $\text{רע}$  extitisset cum Athnacho, ab iis, qui nonum et decimum pro vno habuissent praecepto, per praeiudicium, omisum esse in codicum descriptione; Soph enim Pasuck in codice Amstelodamensi remansisse. *DASDORFF l. c.* duabus rationibus probat, quod praecepti de concupiscentia verba, duo sint integri versus.

### §. XI.

Origeniana *f*) ea est Decalogi diuisio, quae in verbis Exod. XX. 2 - - II. priori legum tabulae, de officiis pietatis Deo primo loco prae-



praestandis, quatuor inscribit praecepta, prius auctoris accentuum ut duo dissecans diuersa, aliud de genere, aliud de specie; g) aliud de obiecto, aliud de modo cultus; b) aliud de interna, aliud de externa idololatria, ponens: et ne pluribus, quam decem, Decalogus constet praeceptis, posteriori, de officiis iustitiae erga proximum exercendis, VI. tantum adserit, verba de concupiscentia posterioris tabulae vltima in vnum cogens praeceptum.

f) Sic dicta ab ORIGENE, cuius aetas cecidit in Sec. 3. tempora, qui ea vsus est *homil. 8. de init. Decal. in Ex. c. XX.* cui praeiuit IOSEPHVS *antiqu. Iud. lib. 3. c. 4. p. m. 08. a* qui vero IOSEPHVS non distributionem et ordinem codicis sacri, sed doctorum tunc temporis clarorum et propriam, pro arbitrio introductam, refert: testis est et ipse *lib. IV. ant. Iud. c. 8. p. m. 102 b.* quando de sua enumeratione legum politicarum Mosis proficitur liberrime, se nihil quidem addidisse, nihil immutasse, nisi ordinem, nouo enim has recitasse: qui locus clarum est indicium, Iudaeos aequales IOSEPHO parum attendisse ad ordinem legum Mosaicarum, siue illae ad politicam Iudaicam spectauerint, siue communes Decalogi fuerint. Conf. et Malach. c. II. 7. 8. Anne igitur allegatio paraphraeos Chaldaicae (*conf. b. A. PFEIFFER crit. S. c. VIII.*) quae Origenianam ante Origenem sequitur, rebus Origenistarum salutis erit? An Philonis? conf. MICH. WALTHERI *Spongia Mosaica, ad Ex. XX. 4. §. 15. circa fin.* WINCKELMANNI *de diuis. et mutilatione Decal. diss. Th. 57. 58.* FRANZ. *I. c. Th. 99. 100.* An ORIGENES potius IOSEPHVM et PHILONEM sequi et tanquam peritioribus rerum suarum Ebraeis cedere, quam sequi praeceptorem CLEMENTEM Christianum maluerit; vel quia ea in opinione erat, in historia

Iudaica, peritiori suarum rerum Ebraeo cedere debere: Conf. FVLGOSVS in *Exempl. virt. et vitiorum. lib. 8. c. 13.* ZWINGER. *Theatr. p. m. 3767. 160. 215.* vel quia praecipuo captus erat amore Platonizantium; perpetuo enim triuerat Platonem, quae sunt verba PORPHYRII apud EVSEBIUM *hist. eccl. lib. VI. c. 18. p. m. 81.* alii contemplantur et perquirant. De Philone, qui, ante Origenem, eiusdem ciuitatis erat, cuius ille, notum est illud, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. Nonne igitur triuisset concius libros Origenes ipse Platonizans? Origenem etiam in iis, quae ad fidem pertinent, Philonem saepius secutum, eiusdemque auctoritate saepius deceptum esse, vnus ante alios BVDEVS *Instit. Theol. dogm. lib. II. c. 1. §. 4. \* p. m. 192. seq.* his comprobatur verbis: caeterum, ut hoc *ως εν παροδω* moneam quod - - ORIGENES - - PHILONEM Iudaeum secuti, adferunt, si cum articulo dicatur *ς Θεός*, verum Deum significari - - id quidem falsum esse - - viri docti dudum obseruarunt. et lib. III. c. 2. §. 35. \* p. m. 618. b. primus, qui Pelagio exemplum praeiuisse creditur, ORIGENES fuit, quem et in alijs nimius ethicae philosophiae amor in transuorsum egit.

g) VRSINVS *Explic. Catech. p. m. 689. qu. XCV. de idololatria*, inter regulas

26.

2

1

3

31.

336

3



gulas ad Decalogi praeceptorum intelligentiam necessarias seq. ponit: *Cauendum, ne nimis anguste praecepta accipiamus. Semper igitur IN GENERE ETIAM SPECIES OMNES: in specie praecipua etiam cognatae species ac totum genus: in relatiuo etiam correlatiuum intelligendum est. Praeceptum de non habendis diis alienis*

et de non faciendis sculptilibus differunt tanquam genus et species, (KR O-MAYER *Theol. pos. pol. artic. XIII. thes. IV. in Ectb.*) Nonne igitur per ipsius VRSINI regulam sint vnum praeceptum?

b) Conf. NIC. ARNOLDI *lux in tenebris ad Exod. XX. 3. p. m. 122.*

### §. XII.

Quod attinet ad Origenianam, eam mordicus defendere summo et fervore et studio adnituntur Reformatorum sacris additi fere omnes: i) qui vero in rigidiores et molliores distinguuntur. Socii impii sectatores etiam huic subscribunt diuisioni. k)

i) Patronos huius Origenianae diuisionis et b. BRÖCHMANDVS *Syst. P. II. c. VI. qu. 8. p. m. 19.* nominat potiores, et QVENSTEDIVS *Syst. P. IV. c. I. Sect. II. qu. 2. p. 962.* FRANZ *diff. cit. Th. 27. - 40.* Mirum est, Reformatos de diuisione Decalogi verborum tam contentiose pugnare. Ii vero nos oppugnant contentiose, qui nobis, hac de dissenfione, crimen mutilationis Decalogi, imo crimen sacrilegii, eiusque grauissimi obtrudunt. CALOV *Syst. P. XI. c. II. qu. 7. p. m. 46.* Quam bene fecissent hi rigidiores, facerentque, cum fratres esse velint, si et CALVINI sui, cui plures assentiuntur, monitum diligenter et fraterne secum animo volutare voluissent et vellent, rem eiusmodi esse Decalogi diuisionem, scribentis, in qua liberum cuique iudicium esse debeat, ob quam non contentiose cum dissentiente pugnandum. *Lib. II. c. 8. n. 12. p. 127. Instit. Christ. Geneu. 1559.*

Et ZACH. VRSINI, ita differentis: obseruandum vero, si modo doctrina et sententia Decalogi de vero Deo et vero cultu integra retineatur, de verborum numeratione non odiose pugnandum esse. Hoc si fecissent nec Zwinglium suum, nec Oecolampadium, aliosque reos simul nobiscum peregissent sacrilegii. §. VIII. Nostrates satis bonis, aptis, constantibus et grauibus rationibus suffulti, rem, non dubia coacti conscientia, vt *ἀδιαφοροῦς* intuentur, cui libet iudicium relinquentes liberum. Quod in primis obseruatur in ecclesia Argentoratensi, vbi Academicos doctores aliter de hac re sentire scimus, ac sentiunt ii, qui sunt de ecclesia ciuitatis.

k) *In Catech. Raccov. p. 85. sqq. 110. b. edit. 1680. 4. Stauropol. SCHMALZIVS diff. VII. de bon. op. contra Franz. item de diuinit. Christi. c. v.*

### §. XIII.



## §. XIII.

Habent et Origenianae distributionis propugnatores, quae hypothese suae ponunt fundamenta; iam diu vero a nostris ab imo subruta: habent, quibus in nostram, ut eam a fundamentis disiciant, incurrunt; habemus vero et nos, quibus reprimimus impetum eorum, qui lacescunt. Vnicum esse videtur, quo impediuntur, ne Augustinianae subscribant. Sensu vnum esse nonum et decimum praeceptum, aiunt, id quod ipsi testentur, quoties in explicationibus nostris IX. et X. coniungeremus: sensu vnum esse, quia vnum sit verbum Exod. XX. emphaseos tantum causa bis repetitum: et duplex Deuteronomii verbum eiusdem sit valoris quum obiecta ita permulentur, ut decimi fiant obiecta noni et v. v. quia, si diuersitatem obiecta innuerent, tot futura sint praecepta, quot obiecta. His tamen rite perpensis sensu manent diuersa. Quid lucrifaceret VRSINVS, si concederemus, eos, qui breuiore esse voluere in suis explicationibus, IX. et X. praeceptum coniunxisse? l) quum et ipsis aduersariis non ignotum esse possit, alios, quibus in animo fuit, haec praecepta explanare diffusius et curatius, secus fecisse. m) Verba חמך et תתאון ad veram et pristinam emphasin a quam plurimis reuocata esse res ipsa docet. n) Et quod obiecta non permulentur, et duo tantum praecepta maneant, quamuis etiam obiecta diuersitatem innuant, sequentia non dubium relinquunt.

l) V. g. in *Catech. b. LVTHERI mai. p. m. 475 sq. b. CALOV. Syst. T. XI. c. VI. p. m. 249. BROCHMAND. Syst. caet.*

AVCTOR. AMOEN. *bibl. P. II. p. m. 317. caet. FRANZ. diff. cit.*

m) D. GODOFR. WEGNER. *diff. de peccato, rationi et mundo ignoto, in nono et decimo praecepto - - - prohibito. Regiom. 1704. circa finem.*

n) GVSSETIVS quidem in *Lexico p. m. 495. A. B.* verba חמך et תתאון pro Synonymis habet, aut nulla alia ratione id probare potest, quam hac, quod sint Synonyma Exod. XX. et Deut. V.

## §. XIV.

Quodsi verba IX. et X. praecepti, quomodo ea nobis Moses exhibet legenda in Exodo, comparamus cum illis in Deuteronomio, praecepta ipsa his proferenda esse verbis cognoscimus:

B 3

Praec.



Praec. IX. Non concupisces DOMVM proximi tui, agrum eius et seruum eius et ancillam eius, bouem eius et asinum eius et omne, quod socio tuo. o)

Praec. X. Non concupisces VXOREM proximi tui et seruum eius et ancillam eius et bouem eius et asinum eius, et omne, quod socio tuo. p)

o) Catechismus Bambergensis a P. MATTHIA HOENECK, 1705 cum ap-  
prob. sup. editus ordinem praecepto-  
rum Deuteronomii sequitur, praepo-  
nens nonsolum Exodi decimum, no-  
no, sed et hisce verbis nonum recitat:  
Du solt nicht begehren deines Nächsten  
Haus, Acker, Knecht, Magd, Och, Esel,  
noch alles, was sein ist.

p) Deuteronomium est legis non-  
solum iteratio, Deut. XVII. 18. sed et  
בְּאִרְבָּעֵי עֶשְׂרִים, legis expositio,  
Deut. I. s. l. LUTHERVS T. V. Alt.  
p. m. 1034. b. So du eigentlich diesen  
Büchlein einen rechten Namen wilt ge-  
ben, dessen wir uns brauchen mögen,  
wirst du es recht nennen, eine ganz über-  
flüssigste und klarlichste Ausbreitung oder  
Offenbarung der Zehen Gebothe. (eine  
sehr vollkommene und deutliche Erlä-  
rung der Zehen Gebothe. Tom. VIII.  
Witteb. p. 149.) Quando igitur, Deut.  
V. cum Ex. XX. coll., intuitu legum  
de concupiscentia mutatio quaedam  
reperitur, dum se obiecta, quae Mo-  
ses Deut. V. domui subordinavit, Ex.  
XX. voc. Vxor addita offendimus, ca-  
ueamus, ne contradictionem, corru-

ptionem, permutationem, aut me-  
moriam Mosis lapsum inuenisse pute-  
mus: recordemur potius, Mosen eo-  
dem spiritu Deut. V. ac Ex. XX. a-  
ctum h. l. exegetam agere, qui popu-  
lo significanter inculcet, in obserua-  
tione legis de non concupiscenda do-  
mo proximi etiam videndum esse, vt  
cautionem adhibeant, ne concupi-  
scent agrum, seruum caet. Non enim  
de domus strictiori significato tantum  
loqui praeceptum, sed etiam de latiori:  
Et in obseruatione illius de non  
concupiscenda vxore praecepti, non  
tantum rationem suam ad vxorem re-  
ferant, sed et ad ea, quae eundem ac  
vxor respectum ad virum seu patrem  
habeant familias. Verbalis igitur,  
non realis est differentia, explanatio-  
nis vberioris causa facta: latent, quae  
Ex. XX. post. voc. domus omituntur  
obiecta, iamiam in vocis domus signi-  
ficatione latiori: et quae Deut. V.  
post voc. Vxor, enumerantur obiecta,  
ea et hac in voce comprehenduntur.  
Hinc quando cum Mose verba expla-  
natiua omittimus, his praec. IX. profer-  
tur verbis: non concupisces domum pro-  
ximi tui. Ex. XX. et praec. X. non con-  
cupisces vxorem proximi tui. Deut. V.

### §. XV.

Duo sunt, e quibus differentia noni et decimi praecepti peti  
potest et deriuari, Vnum est, actio, quam lege cauet legumlator: al-  
terum,



terum, materia s. obiectum, circa quod ne versetur actio, ab eo interdicta. Actio, quae interdicitur, verbis nominatur sqq.

in IX. { Exod. XX. 17. per לֹא תַחֲמוֹר לְאֵתְרֵי שְׂכֵנְךָ }  
 { Deut. V. 21. per q) לֹא תַחֲמוֹר לְאֵתְרֵי שְׂכֵנְךָ } in X. Exod. XX. } לֹא תַחֲמוֹר לְאֵתְרֵי שְׂכֵנְךָ  
 Deut. V. }

Obiectum, circa quod ne versetur actio interdicta, est in 'praecepto

IX.	{	Ex. XX. DOMVS proximi,	X.	{	Deut. V. VXOR proximi.
		Deut. V. { DOMVS proximi, ager, r) feruus, ancilla, bos, asinus et omne, quod proximi.			Exod. XX. { VXOR proximi, feruus, ancilla, bos, asinus, et omne, quod proximi.

q) Id vnum est, quod, si verba, quae actionem interdictam nominant, consideramus, differt, quod legumlator Deus per Mosi ministerium in libro explicationis legum, s. Deuter. (s. XIV.) verbum תַחֲמוֹר per תַחֲמוֹר explanare curae habuerit, ne putemus, idem eodem verbo interdicti. Differentiam igitur inter τὸ concupiscere, IX. et X. praec. nostrates iure optimo quaesiuere et inuenere in actione interdicta: quam, praeter Systemata, ostendit D. GODOFR. WEGNER *diff. s. XIII.* citata. *vid. MICH. WALTHERI Spongia Mos. in Ex. XX. 4. s. 10.*

r) Quodsi vero ad verba ea respicimus, quae noni et decimi praeccepti indicant obiecta, etiam vnum est, quod differentiam parit: quod idem legumlator per Mosi in eodem explicationum libro vocem agri interseuerit. Quod nihil aliud indicare potest, quam quod vocabulum inter obiecta, alias his praecceptis communia, insertum in Deut., terminaret respectum, quem ex voluntate praecipientis subordinata habeant ad domum: quod serui in nono idem sunt, quod ager esse potest.

§. XVI.

Differentia noni et decimi legis praeccepti a nostratibus in modo concupiscendi s) et actione interdicta quaeritur, non in obiectorum differentia; z) quae obiecta non morale huius praeccepti, sed ceremoniale continent, u)

s) b.



id est h. GALOVIVS Syst. T. XI. c. vi. p. m. 249. non potest, inquit, distinctio duorum ultimarum praeceptorum ex obiectis diuersis peti: quia ipsa inter se commutantur et ordine alio et inuerso recensentur Deut. V. quam Ex. XX. Et b. KROMAYERVS Theol. pos. pol. p. m. 765. 7. ad obiectionem, ex permutatione exemplorum constare de praecepti unitate, respondet, non obiectis, sed concupiscendi modo haec duo praecepta distingui: et p. 727. 3. nos non obiectis, inquit, sed concupiscendi modo haec duo praecepta distinguere. Si enim obiectis essent distinguenda, innumera essent constituenda praecepta, aliud de concupiscentia domus, aliud de concupiscentia coniugis, aliud de concupiscentia serui et sic deinceps: eadem enim sunt obiecta noni, quae sunt decimi: Concupiscendi vero modo sic distinguuntur, quod in praec. IX. actualis, in decimo vero prohibeatur Originalis. Vberiore rei demonstrationem vide sis apud eundem l. c. p. m. 725. vt, et apud BROCHMANDVM Syst. P. II. c. 16. Sect. I. p. m. 69. MVSÆVM Tr. von der Buße P. III. c. VI. p. m. 593. sqq. FRANZ. l. c. th. 127. sqq.

\*) Sunt nonnulli, qui in diuersitate obiectorum aliquam differentiam

quaesiuere, videbis illos in WEGNERI diff. laudata: addimus auctorem AMOENIT. BIBL. M. P. qui Parte II. p. 330. not. q. addit, in praecepto IX. obiectum erat particulare, - - in X. vniuersale - - et 331. Ob nun gleich die Obiecta der verbotenen Dinge in beyden Geborhen der Sache nach, materialiter eadem, einander gleich, so sind sie doch formaliter, der innern Art nach, billig unterschieden. Demnach bleiben die beyden Geborhe in unsern Catechismis unterschieden, ob sie gleich in einem periodo oder verse stehen. Sed differentiam ipsam non explicat. Nominamus LAMPIVM, in Biblioth. Brem. class. I. fasc. I. qui distinguit inter obiecta, quae nunquam licito modo concupiscit, vt vxor proximi, de qua praeceptum semper praecipiat, לֹא תִחַמֵּר, et inter obiecta, quae sub hac vel illa conditione licite expeti possint, vt domus proximi, seruus, caet. de quibus legislator praecipiat לֹא תִתְאוֹרֵהוּ. Et si decus hoc Reformatorum ecclesiae Origenianae subscribit diuisioni, ipse tamen hic cel. LAMPIVS his plane fatetur, esse inter concupiscentiam domus et vxoris, h. e. inter IX. et X. praeceptum Augustinianae diuisionis differentiam.

u) WEGNER l. c. vid. §. XXXIX.

### §. XVII.

Nullum dubium Reformati minus solutum viderur, plane negata a nostratibus differentia ab obiectorum diuersitate petita, quam illud, quod de obiectorum IX. et X. praecepti, si sensu differant, permutatione et eorum indentitate conficiunt. Quod si igitur demonstrari possit, non solum haec praecepta differre ratione modi concupiscendi, sed et intuitu obiectorum esse diuersissima, et nihil minus in his locum habere,



habere, quam obiectorum vel identitatem, vel permutationem, nulloque plane modo tot fieri praecepta, differentia, ab obiectis petita, asserta, quot sint obiecta, saltem vltima evanescet obiectionum species. Pace igitur summorum ecclesiae nostrae luminum periculum in re sine periculo facere conabimur, ad id nitentes, vt et differentiam ratione obiectorum ostendamus singularem et planam.

26.

§. XIX.

Vt homo ex anima et corpore, sic DOMVS seu familia ex homine et possessione constat: x) ille, vt anima, regit et vtitur, haec regitur et vsurpatur, vt corpus. Possessio hominis e bonis possessis et fulcris seu columnis constat, quae possessionem sartam tectamque conservant, inque eum deducunt statum, vt fructus ex ea capere possit vberiores homo. Quando igitur legumlator, ad summam laudem sapientia ornatissimus, Deus, vltimam Decalogi tabulis manum admouet et de moderamine concupiscentiae, intuitu rei possessae hominis, seu proximi, praecipere vult, de duplici moderamine sibi praecipendum esse, rem ipsam postulare videt: de moderamine concupiscentiae circa bona ipsa, quatenus ad κτήσιω pertinent, et de moderamine concupiscentiae, quae fulcra appetit et adiutoria, bona hominis possessa sarta, tectaue seruantia: prius definitur, vt videbimus, in nono, posterius in decimo praecepto.

2

2

3

31.

x) ARISTOTELES *oecon. lib. I. 2.* *Graec. gent. lib. IV. c. I. p. m. 507.*  
 conf. IOH. PHIL. PFEIFFER *Antiqu.*

§. XIX.

Duo sunt, quae his in praeceptis ratione obiectorum in primis differre nobis videntur, in nono DOMVS, y) et in decimo VXOR. Hae voces iure optimo a nobis nominantur principes: suffecere legumlatori ad id in vno decalogi exemplo collectiue exprimendum, de quo in alio distributiue praecipere sapientiae eius est visum. z) Quo igitur respectu hae voces principes in vno alteroue praecepto positae sunt a legumlatore, eodem et reliquae his superadditae.

C

y) Et

36.

3

3



γ) Et Piscatorem voc. DOMVS Ex. XX. pro subiecto generali reliquorum habuisse obiectorum vel ipse LAMPPIVS testatur, in *Biblioth. Brem. cl. I. fasc. I.* de authentia et harmonia vtrorumque Decal. exemplarium Ex. XX. et Deut. V. exstantium.

z) Vocabulum DOMVS Exod. XX. Mosi idem est, ac vocés domus, ager, seruus, caet. Deut. V. Et vocabulum

VXOR, ei Deut. V. idem est, quod vxor, seruus, ancilla, caet. Exod. XX. Quod Ex. XX. domum vocauerat, illud Deut. V. explicat per agrum, feruum, caet. et quod iam Exod. XX. vxorem, feruum, caet. explicationis gratia nominauerat, id per vocem Vxor Deut. V. solam exprimit: Valor enim vocabuli iam Exod. XX. erat definitus.

## §. XX.

Princeps igitur obiectum noni praecepti exprimitur per voculam בית, cui שורה, עבר, אמה, שור, חמור, cum clausula: *Et omne, quod proximi;* subiiciuntur generali. בית vt Graecorum οίκος, οικία, σύμπασαν notat κήτισιν, seu alteram partem hominis, possessionem, quae regitur, quae vsurpatur. a) Quod vero possidetur sunt res vel immobiles, vt aedificia hominum industria facta, siue sint vilia, siue ampla, siue magnifica, caet. b) vel mobiles, quae anima carent, vt vasa, caet. imo quae anima gaudent, sc. vegetatiua: vel mouentes, quae per se mouentur, sc. serui, animalia, caet. c)

a) D. Ambros. REVDENIVS *diff. de lege morali*, Ienae 1589. habita §. 148. domus, inquit, hic significat quamuis haereditatem, *conf. FLACIVS in clauē V. domns.* Quod et HEVPELIVS in *S. Marci Euang notis illustr. ad cap. XII.* 40. p. m. 359. e profanis scriptoribus confirmat, vt et WOLFF. in *curis T. I.* p. m. 1150. Critobulus, interrogatus a Socrate: Οίκος δὲ τί δοκεῖ ἡμῖν εἶναι; ἀρα ὅπερ οἰκία, ἢ καὶ ὅσα τις ἔχει τῆς οἰκίας ἐκείνης, πάντα τὰ δεκτά τῶν σίν; respondet: Ἐμοὶ γὰρ ἂν δοκεῖ, καὶ εἰ

μηδ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει εἴη τῶ κεκτημένῳ, πάντα τὰ τῶ οἴκου εἶναι, ὅσα τις κέκτηται. Socrates dicens: ὅτι τοι ἡμῖν ἰδοκεῖ οἶκος ἀνδρός εἶναι, ὅπερ κτήσις; audit responsum Critobuli: Νῆ, ὅ, τι γέ τις ἀγαθόν κέκτηται. v. XENOPHONTIS οἰκονομικόν λόγον p. 810. ed. Francof. a. 1590. Socrates *ibidem* p. 833. οἶκος ἡμῖν ἐφαίμελο, ὅπερ κτήσις ἢ σύμπασα.

b) b. STOCKIVS in *clauē.*

c) *Conf. HOTOMANNVS de verbis iuris.*

## §. XXI.

Quod nominarat legislator vocabulo principe synecdochice DOMVM, id iam per partes explicat adiectas, et inter primas obiectorum spe-



species vocem collocat *agri*, d) quae post, in praecepto de moderamine concupiscentiae circa vxorem, iterum omittitur; quum in hoc nono praecepto vox *vxor* exulet, e) vt euidentius demonstret, quod de concupiscentia domus praecipiat, id de possessione tantum, altera parte domus, qua tali, esse intelligendum.

d) Neque permutationem, neque identitatem obiectorum in his de concupiscentia praeceptis locum habere, quis non videt? Si Moses vlla ratione obiecta permutasset, non nouam obiectorum speciem inseruisset inter noni obiecta: Sed potius obiecta decimi, vt ea Exod. XX. scripta legimus, addidisset: aut praeceptum de concupiscentia sic elocutus esset: *non concupisces domum; vxorem, seruum, caet.* Vana est exceptio illa; ab ipso LAMPPIO l. c. explosa, vocem *agri* inter obiecta decimi nostri praecepti ea de causa a legislatore esse omisam, quia Israëlitae in deserto tunc temporis agros possederint nullos, quos vero tempore promulgationis legis secundae habuerint: Lex enim Sinaitica Israëlitis non data, vt eam obseruarent in deserto, sed in terra promissa Canaan.

e) Vxoris inter obiecta noni non fit mentio, etsi vxor, vt seruus Exod. XXI. 21., fit יְהוּדָה sc. hominis s. viri. e. g. Rahel Iacobi, Gen. XXXI. 15. Michal Daudis, 1 Sam. XIII. 27. *conf. Prov. XXXI. 20.* vid. b. A. PFEIFFER *antiquit. Ebr. p. m. 123. c. VI. de dote.* De Graecorum consuetudine, ARISTOTELES *Polit. lib. II. c. 6.* De Thracum HERODOTVS *lib. V.* De incolarum insulae Madagascar, MANDELSLOH in der Ostindian. Reisebeschreibung. SCHLICHTER in *decimis S. obs. XVI. p. m. 152.* Similis sane,

est ratio, quando *Caia* vel *Sempronia*, huius vel illius esse dicitur; hac enim loquendi formula, inquit IOH. PRICAEVVS, obiter innuitur, *vxorem, tanquam rem mariti esse*, et quasi in eius manu mancipioque: in *annotat. ad Matth. I. 6.*

Vxor h. l. oeconomicè consideratur, non vt pars altera domus, possessio, sed vt homo ipse, vna caro cum viro, domina peculii. III. Maceab. vxor vocatur *σὺζαγος*, *conf. etiam WOLFFII Cur. in epist. ad Philipp. c. IV. 3.* SCHLICHTERVS iam iam laudatus, l. c. p. 153. Quamuis vero, inquit, dominos vxorum sese veteres profiterentur, cum iis tamen tanquam ancillis egisse non leguntur, sed eas aliquando dominas dixerunt. EPICTEVS in *Enchirid.* Mulieres statim ab anno decimo quarto a viris DOMINAE vocantur. cap. LXII. et vid. ALMELOVEENIVS in *opusc. S. p. 47.* sq. PLVTARCHVS *quaest. Rom. §. 30.* formulam illam *ὅτις σὺ Γαῖος, ἐγὼ Γαῖα*, inter alia sic explicat, *ὅτις σὺ κύριος καὶ διοδοσπότης, καὶ ἐγὼ κύρια καὶ διοδοσποινα.* Famula quaedam decrepita apud AVGVSTINVM *confess. IX. 8.* ad filias heri sui: Cum ad maritos veneritis, factae dominae, apothecarum et cellariorum. VIRG. VI. Dominam Ditis, vbi SERVIVS: De Graecis tractum, qui vxorem *δέσποινα* dicunt. TIBVLLVS l. 5. De Delia sua: Illa regat cunctos, illi sint omnia curae. caet. POLLVX *Onom. lib. X. c. 3. segm. 21.*



not. 10. edit. AMST. 1706. fol. Figmentum si non esset, quod apud RVEVM de gemmis lib. II. c. 7. de Philosopho quodam gentis Iudaicae THETEL narratur, quod tradidisset, inuentos fuisse Chrysolithos, insignitos

foemina, vna manu auem continente, altera piscem: nonne naturae fingentis moderator et rector his doceret, et foeminam mundi esse dominam, Gen. II. 28. IX. 2. esse hominem, non rem possessam ab homine.

## §. XXII.

Agrum partem esse κτήσεως, omnes fatentur atque etiam profitentur. f) Est vero ea peculii pars, quae arua, prata, hortos, pascua, vineas, oliveta, syluas, piscinas et omne, quod in his, imo pensionem a conductore soluendam, g) caet. h) includit. Sic vocabulum noni princeps, DOMVS, §. 20. et huic subordinatum prius, ager, κτήσω notant, Resne ipsa postulet, vt et his superaddita obiecta hoc in praecepto rem notent possessam? κτήματα sunt et reliqua. §. XV.

f) Dorylas ditissimus agri, diues agri Dorylas. OVID. lib. V. 129. Metam.

g) II. reg. VIII. 5. 6.

h) Pro varietate ordinis possessoris, ager varia signare potest: regum agri sunt eorum territoria, notant regiones, infulas caet. I Sam. VI. 1. Ps. LXXIIX. 12.

## §. XXIII.

Seruus et ancilla ea sunt pars peculii, cuius homo, seu paterfamilias tempore pacis vel natiuitate, i) vel emtione, k) vel adiudicatione forensi, l) et tempore belli captiuitate, m) caet. compos factus est: hinc iure Rom. non personis, sed rebus annumerantur. n) Serui et ancillae, quatenus rebus annumerantur ad noni pertinent praecepti obiecta.

i) Quae mancipia apud Ebraeos vel e Cananaeo et Cananaea, vel ex Ebraeo seruo et Cananaea serua domino nascebantur et ילירבית Graecis δικοτραφής appellabantur. Gen. XVII. 13. Quos domi natos Lacedaemones et μώθωνας vocabant. BVD. Lex v. μώθων. POLLUX Onom. I. III. c. 8.

k) Qua de causa ab Ebraeis מקנה כסף, imo כסף sc. domini, Ex. XXI. 21. XII. 44. et a Graecis ἀνητοι vocantur. POLLUX l. c. Hinc et ancilla HESIODO est γυνή κτήνη, ἢ γαμήλη, egypt. lib. II. v. 24. Κτήνη autem est ἀγορασθή apud PHAVORINVM in Lex. p. 1118. Thracum populis peculiare fuit in primis, sale mancipia



cipia commutare, quae inde πρὸς ἀλὸς  
 ηγορασμένα dicebantur, i. e. fale coëmta  
 comparatae. Addit EUSTATHIUS,  
 nuncupari quoque ἀλώνηα δελάρια,  
 quae intelligit, ἔβανα, emta vili. Lem-  
 niii etiam vino mancipia sibi quae-  
 rebant. Seruis autem argento com-  
 paratis primum vfos esse Chios, Graeci  
 produnt. CAELIUS lib. 25. c. 19.  
 quae sunt verba ZWINGERI *Theatr.*  
*p. m. 817. b. Conf. ERASMVVS in adag.*  
*Chil. I. cent. 7. LXXVIII. p. m. 202.*  
*Vid. POLLVX onom. lib. VII. c. II.*  
*Segm. 14.* Quando nobiscum reputa-  
 mus Daphnin seruum Grammaticum  
 Cn. Pifaurensē M. Scauro principi  
 ciuitatis 3700 sestertiis vendidisse,  
 quod maximum serui praetium ad  
 Plinii vsque tempora fuerit (PLIN.  
*hist. nat. lib. 7. c. 30.*) agnoscemus, ser-  
 uos saepius praeclaram et magnam  
 fuisse partem κτήσεως.

D) Exod. XXII. 3. *conf. GVSSET in*  
*Lex. r. 1005, M. N. O. p. m. 1656.*  
 Redigebantur in seruitutem, ob  
 impietatem, vt Canaan Gen. IX. ob  
 ingraticudinem, ALEX. lib. I. c. 30.  
 VALER. MAX. lib. II. c. 1. ob libidi-  
 nem, ALEX. lib. IV. c. 22. ZWINGER.

§. XXIV.

Bouem et asinum ad possessionem hominis pertinere, et in hoc  
 praecepto vnam alteramue speciem animalium, quae vsui esse possunt  
 homini, synecdochice pro omni genere positam esse, nemo ibit inficias. o)  
 Bos et asinus ergo ea sunt peculii pars, quae complectitur omnia ex re-  
 gno animalium, quae sunt in dominio heri s. proximi, siue pertineant  
 ad κτήσιον hominis, quatenus carne eorum vtimur ad cibum, v. g. bo-  
 ues, caprae, oves, cerui, lepores, caet. quatenus lac eorum vsui est no-  
 bis, v. g. vaccae, oves; quatenus lana eorum, vt ovium; mel, vt apium;  
 oua,

*Theatr. p. 818. b. Conf. etiam M. C. H.*  
 LANGII *obseru. S. p. m. 50.* ANDR.  
 WAGNER, *de seruitute poenae.* Leipz.  
*Gel. Zeit. 1747. p. 911.* HEINECCIUS  
*Elem. iur. civ. §. I. 83.*

m) Qui serui erant, vel singulae per-  
 sonae, τάρματα ἀρχιδάστα, vel cunctae  
 nationes, vt Leleges Carum, Bithyni  
 Byzantinorum, Gibeonitae Israëlita-  
 rum. *conf. Deut. XX. 10. II. Ios. IX. 23.*  
 Duphcis generis hos seruos fuisse, vel  
 seruos foederatos, vel mancipia, b.  
 IOH. G. ABICHTIVS docet, *diff. de*  
*seruorum Ebraeorum acquisitione at-*  
*que seruitiis.* Lipf. 1704.

n) HEINECCIUS *elem. iuris civ.*  
 §. 77. THOMASIUS *diff. de hominibus*  
*propriis et liberis Germ. §. 30.* Serui  
 non ad personas pertinent, sed ad res.  
 Ἀνδράποδα et ἀρχιδάστα ad κτήματα per-  
 tinent, quorum relatiuum est ὁ κεκλη-  
 μένος, id est herus, et ἡ κεκλημένης, hera.  
 BYDAEVS in *Lex v. κτήμα* et ad v.  
 οικίης ex Athen. Οἰκέτης non est ma-  
 numissus, καὶ μὴ τῆς κτήσεως ἀφείμενος.  
 b. LVTHERVS *Tom. II. Witteb. fol.*  
 20. b. Ein Knecht ist des Nächsten Guth;  
 Gleichwie ein Ochß oder Esel, den man  
 wieder heimstellen soll.

26.

2

2

3


31.

36.

3

3





oua, vt gallinarum; pulli, vt columbarum: quatenus pisces in viuariis et fluminibus, caet. opes nostras adaugere valent: siue pertineant ad possessionem, quatenus ad subuehenda onera, vt equi, asini, muli, camelii, caet. a nobis possidentur. p).

o) Ad κτήματα Adami et coniugis, vt pisces maris, vt aues coeli, sic et animalia, quae sunt in terra, pertinuisse, ipsum creatorem Deum habemus testem, Gen. I. 28. IX. 3. conf. GYSSSET. in Lex. r. שמר ABC p. m. 153. POLYCRATES MESSENIUS

dicitur diues armentis. PAVSAN. Erichonius Dardani filius ditissimus nominatur, quia ei termille erant equi, pascentes per prata. DIODOR. lib. IV. c. 2.

p) Conf. IOH. AD. OSIANDRE Theol. cas. P. II. c. XIV. p. 1466.

### §. XXV.

Omnia obiecta, praecepto nono subiuncta, conueniunt in eo, quod sunt pars quidem altera domus, possessio, seu res possessa hominis §. XIX. quatenus nimirum sunt diuitiae: notat enim vocabulum princeps, domus, κτήσιω σὺμπρασιν hominis in genere, et in specie κτήματα, quae habet in domicilio, §. XX. Vocabulum ager, κτήσιω, quam habet in agro, §. XXI. XXII. Seruus et ancilla, quam habet proximus in multitudine mancipiorum, §. XXIII. Bos et asinus, quam habet in re pecuaria, caet. §. XXIV. Praecipit, ergo nonum de bonis proximi, quatenus bona, quatenus κτήματα sunt hominis: et interdicitur omnis concupiscentia bonorum proximi, ne damno eius cedant, in augmentum nostrum. §. XIX. Quod et aduersarii concedunt lubentes. Progredimur igitur, non impediti, ad decimum praeceptum, separatim reputantes nobiscum, quem respectum huius obiecta ad חמך לא suum habeant ex sententia legislatoris.

### §. XXVI.

Vox princeps decimi praecepti est vxor, §. XIX. subditae, seruus, ancilla, bos, asinus et omne, quod proximi, §. 13. Quid est igitur חמך? Respondeat ipse formator, legislator, Deus: Est חמך חמך, auxilium pro ipso, Adamo marito, q) patrefamilias; βοηθός καὶ ἀνδρῶν



ἀυλὸν καὶ στήλη ἀναπαύσεως, r) auxiliatrix, columna quietis, respiratio-  
nis, remissionis laborum, Φραγμὸς κλήματος, sepimentum possessio-  
nis. s) Ex Apostoli Pauli monito est οἰκὸς, t) domifeda, non otio-  
sa, sed quae rem patrisfamilias, κλῆσιν, curat domi: Οἰκὸς enim apud  
VARINVM PHAVORINVM u) est ὁ Φροντίζων τὰ τῆ ὀικῆ καὶ Φυλάτ-  
των, et οἰκεία est ἡ κατ' ἕκαστον Φυλακή. Domus sine vxore stare ne-  
quit. x) Ergo vxor et h. l. est columen familiae, columna alterius par-  
tis domus, possessionis fulcrum. y) Reliqua ergo decimi obiecta huic  
voci principi considerate, quatenus sunt fulcra possessionis, subordinan-  
tur, non confuse. Et talia fulcra, quale vxor est, non solum esse pos-  
sunt, sed et sunt. §. XIX.

q) Gen. II. 18. Conf. DEUTSCH-  
MANN *diff. de Iehovah Elohim prouisore*  
*quoad curam vitae socialis politicam,*  
*caet. et CHRISTOPH. WOLLE diff.*  
*de usu et abusu Euphemismi* S. p. 7.  
PARAPHRASIS Chaldaica, Sustenta-  
culum, fulcrum, quod sit penes eum.  
Conf. PAVLVVS FAGIVS *annot. in Pa-*  
*raphr. Chald. Pentateuchi*: Omnia  
sunt mire emphatica. Alluditur enim  
ad eos, qui in subleuandis oneribus  
sibi mutuas manus porrigunt auxilia-  
trices. Tale sustentaculum et vica-  
rium auxilium vult Deus esse vxo-  
rem marito. Socrates apud XENO-  
PHONIEM in Oeconomico p. 826.  
Ἐχω ἐπιδείξει καὶ γυναῖκα ἰαῖς γαμεταῖς ἵδῃς  
μὲν ἕστα χρωμένους, ὡς ἐ συνεργῶς ἔχειν εἰς τὸ  
συνάξειν ἵδῃς οἴκους. add. p. 827.

r) Sirach XXXVI. 24. et LXX.  
Gen. II. 18.

s) Sirach XXXVI. 25.

t) Tit. II. 5. Conf. IOH. PHIL.  
PFEIFFER *antiq. Graec. lib. II. c.*  
*LIII. p. m. 349. WOLFII Curae in b.*  
*l. p. m. 559. sqq. Apud XENOPHON-*  
*TEM l. c. p. 846. vxor vocatur ἰομα-*  
*φύλαξ τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ.*

u) In Lexico p. 1340. editi Basl. a.  
1538.

x) ARISTOTELES *Polit. lib. I. c. 2.*

y) DEMOSTHENES *orat. v. Neae-*  
*ram*: Meretrices voluptatis gratia  
habemus, concubinas ad quotidianam  
corporis curam, vxores vero, vt libe-  
ros gignamus legitimos et rei dome-  
sticæ fidam praeficiamus custodem.  
Quidius Trist. V. XIV. 15. suarum re-  
rum solam vxorem nominat tutelam.  
*HeFor Androm. Vx.* Sed in dōmum  
vadens tria ipsius opera cura, telam,  
columque, et ancillas iube opera face-  
re. *Iliad. VI. v. 490. Conf. PFEIFFER*  
*ant. Graec. lib. IV. c. 29. p. m. 677. sq.*

§. XXVII.

Obiectum decimi praecepti princeps ad adiutoria spectat ho-  
minis, §. XXVI. Quid signabit igitur vox, seruus et ancilla? quid, bos  
et

26.

2

1

3

31.

36.

3

3



et asinus? et caetera vocabulo determinanti princip i subordinata? Res ipsa loquitur, signare עֶזְרָא כְּנָגְרִי, fulcimentum z) alterius partis domus, possessionis hominis, qua talis, imo vicarium auxilium domini. Serui enim sunt et manus dominorum a) et pedes, b) quibus, tanquam instrumentis, exercent et agriculturam, c) et cultum domesticum, d) et mercaturam, caet. denique et literarum culturam e) promouent. Ancillae itidem manus sunt et pedes dominarum, quibus rem curant domesticam, f) quibus et luxuriam suam.

z) Romanis serui fideles erant columinae, columina, columellae domus, vt ille Timarchides Ciceronis, quem, in *Verrem II*, columnen familiae vestrae nominat: et TERENTII Geta. *Conf.* ERASMI *Adag. chil. I. cent. III. XLII. p. m. 92.* add. LVCRETIVS *lib. IV. v. 401.* Sic Iacobus, Petrus, Iohannes, δόλοι. *Ἰσοῦ χριστῶ*, Gal. II 9. vocantur δόλοι, sc. ἐν οἴκῳ Θεῶ. I Tim. III. 15. *Conf.* etiam WOLFFIUS in *curis ad Gal. II. 9. p. m. 708.* CRAVSER. in *Phosph. Graec. voc. N. T. p. m. 278. b.*

a) ARISTOTELES *Polit. lib. I. c. IV.* Seruus est μέρος τι τῶ δεσπότῳ ἐν οἴκῳ. M. Ter. VARRO *de re rust. lib. I. 17.* res, inquit, quibus agri coluntur, a quibusdam in tres partes diuidi, in instrumenti genus vocale, in quo sunt ferui; in semiuocale, in quo sunt boves; in mutum, in quo sunt plaustra. *Conf.* et GROTIUS *I. B. et P. lib. I. c. V. §. 3. p. m. 100.* et GRONOV. *not. 3. ad h. l. Grotii.*

b) Hinc ἀνδράποδα Graecis dicitur.

c) *Luc. XVII. 7.* NEPOS in *Pausan. c. III. §. 6.* Est genus -- quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, seruorumque munere fungitur. Theffalis tale genus erant πείσιμα. Seruus hinc Graecis est γεργός.

d) *Luc. XVII. 8. Conf.* WOLFFIUS *curae ad h. l. et ad Act. VI. 1. CICERO Paradox. V.* Qui tergunt, qui vident, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent. vid. NEPOS in *Attic. c. XIII. 4.* PLAVTVS in *capt. ALEX. lib. 3. c. 25.*

e) Nepos *Attic. c. XIII. 3.* Vfus est Atticus familia, si vtilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri literatissimi, anagnostae optimi, et plurimi Librarii, vt ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non vtrumque horum pulchre facere posset. Pari modo artifices caeteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. Neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum habuit. BVCHNER *not. 3. ad h. l.* ad verba: vfus est familia caet. quo nomine, inquit, et liberi, et serui ancillaeque comprehenduntur. add. SENECA *Epist. XXVII. p. m. 435.* Sic et Zamolxis, Epictetus, alique, erant serui et insignes Philosophi.

f) HOMERVS *Iliad. VI. v. 490.* Et ancillas iube opera facere. Apud XENOPHONTEM in *Oeconomico p. 339.* vxori dicitur: Δέσσει σὺ ἔνδοξο μὲνεν, καὶ οἷς μὲν ἂν ἐξῶ τὸ ἔργον ἢ τῶν οἰκείων, τῶν δὲ συνεκπέμπεν. οἷς δ' ἂν ἔργον ἔνδοξο ἐργαστέον, τὰ ἴα σοι ἰπισατέον.

§. XXVIII.



§. XXIX.

Bos et asinus *g)* socii sunt agriculturae *h)* vt asinus cum camelis, caet. mercaturae, *i)* quaestus opimi: sunt igitur homini s. proximo **עֹר כַּנְגֵרֵר**. Fit vero horum animalium tantum mentio, quia Israëlitis fuere vſtatiora suo in genere, non exclusis equis, dromedariis, aliisque.

*g)* Esa. XXX. 24.

nullos, ἀπό τῶ βόσκων, quod homines pascat suis laboribus.

*h)* Sunt enim VARRONI l. c. instrumenta semivocalia. AELIANO *lib. V. var. hist.* bos est humano generi laborum socius. Bos, secundum non-

*i)* Esa. XXX. 6. Hinc φορτήγια apud Graecos illarum erat mercium genus, quae iumentorum ope afferebantur. BRUNING *Antiq. Graec. c. IV. §. 32.*

§. XXIX.

Congruunt et conueniunt omnia decimi praecepti obiecta in eo, quod sint auxilia vicaria proximi, fulcra rerum ab homine possellarum. Adiutorium enim pro ipso est **VXOR**, §. XXVI. Columina domus eius sunt serui et ancillae, §. XXVII. Socii laborum sunt bos et asinus, §. XXIX. Nonne et clausula obiectorum; *Et omne, quod proximi; auxilia commendet?* §. XIX. Vt igitur obiectum generale praecepti noni sunt diuitiae proximi, §. XXV. sic obiectum generale decimi sunt columina diuitiarum; auxilia, quaecunque sint, quae homini, vni parti domus, auxilio sunt, alteram, sc. possessionem, sartam, testamque seruandi; subsidia, quibus quilibet, et mas et foemina, §. XXI. pro ordine suo, vitur bonis suis felicius, commodius. *k)* Et de his legumlator praecipit non concupisces **עֹר כַּנְגֵרֵר**, sc. proximi. *l)*

*k)* Distincta sunt praecepta, quae distinguuntur sententiis. Cum enim Deus ipse Decalogum in decem verba distribuerit, haud dubie praecepta sensu inter se differre voluit. Ergo diuersa sunt, quae sensu differunt. ZACH. VRSINVS *in explic. Catech. p. m. 692.* Praecepta de concupiscentia, sc. IX. et X. sensu differunt, §. XXIX. Duo igitur, sunt praecepta diuersa.

*l)* De seruis et ancillis fidelibus, necessariis, hero vtilibus, in operibus administrandis fortibus et idoneis; de bobus laboriosis, generosis et bonis legislatorem praecipere vel caecus videt: non enim concupiscimus seruum inertem, agrestem et sceleratum, non bouem imbecilem, morbosum, vt eos abalienemus a proximo.

D

§. XXX.

26.

2

2

3

31.

36.

3

3



## §. XXX.

Habeat igitur homo suam domum, quam legumlator p[rae]cepto nono tutam praestat: habeat et columina domus, de quibus ne suffodiantur, Deus decimo cauet p[rae]cepto. *m)* Ipsa *b.* LUTHERI explanatio decimi p[rae]cepti *n)* nobis haud aduersatur, qui ad quaestionem: Quid hoc sibi vult? respondet: Debemus Deum timere, et diligere, ne a proximo uxorem, seruos, ancillas, vel pecudes suas abalienemus, aut abstrahamus: sed eos adhortemur et vrgeamus, vt maneant et officium (tanquam auxilia) diligenter faciant, (vt sc. finem adiutorii quaesiti nanciscatur herus.)

*m)* Praeceptum nonum et decimum suo amplexu non plura ceremonialia et forensia continet, quam reliqua, quae simpliciter moralia vocantur. Omne enim, quod in his praecipit legumlator et Iudaeo et Christiano obseruandum est absque vlla limitatione. Et quod ad deci-

mum attinet p[rae]ceptum, agnoscimus longe diuersissima legumlatorem intuitu vxoris praecipere ab interdictis sexti. Seruatorem optimum *Matth. V. 28.* ad sextum respexisse palam est.

*n)* *Catech. min. lat. p. m. 369.*

## §. XXXI.

Conueniunt itaque haec, IX. et X. p[rae]cepta in eo, quod praecipiant ex ipsa Apostoli Pauli interpretatione Ro. VII. 7. XIII. 9. ambo de concupiscentia. *o)* Conueniunt in eo, quod ambo praecipiant, *μη ἀποσερήσης*, Marc. X. 19. *p)* Conueniunt in eo, quod, vt verbis MASTRICHTI *q)* vtar, praecipiant ambo de quauis fortuna proximi, quantum illa, seu promoueri, seu laedi potest interiori nostra concupiscentia. - - Virtus generalis, qua haec in tuto sunt, est *αὐτάρκεια* seu contentatio, qua sic acquiescimus in sorte, nobis a Deo decreta, vt alienum quiduis, ne cupiamus quidem, illegitimo modo: quin ex aduerso laetemur super quauis prosperitate proximi, caet. Manent tamen diuersa.

*u)* Potuerit ergo duo haec praecipita, seu totus contextus Mosis, quem admodum VRSINVS loquitur, ab Apostolo, non quidem, prouti ab illo additur, vno p[rae]cepto, sed vno ver-

bo praecipiente: Non concupisces; complecti, salua diuersitate praecipitorum: ambo enim de concupiscentia praecipiant. Et concupiscentia dupliciter interdicta duplex manet in homi-



mine, originalis v. 7. et actualis v. 8. ad Rom. VII. licet vnico tantum verbo Apostolus vtatur. Quo minus Paulus per vnum hoc vocabulum praeceptuum discrimen inter concupiscentiam originalem et actualem sustulit, eo minus et diuersitatem praeceptorum.

p) Hocce a seruatore optimo interdicitum inter praecepta Sinaitica se inuenire Photiniani negant et pernegant. WOLFFIUS in *curis in b. l.* Reperimus vero hoc apertissime in tabulis illis et planissime. *Αποσπεῖν* priuationem rei cuiusdam possessae, seu possessionis notare, nemo ibit inficias: Xenophon *ἐδία ἀγαθῶν ἀπεσπεῖν*. Aristoph. Plut. *ἀπ' ἐδὲ μὴν ἀπεσπεῖνας γ' ἐδία*. BVD. in *Lex. add.* HEVPELII *Notas in Marc. c. X. 19. p. 277. sq.* Possessio vero e rebus posses-

sis et fulcris constat, §. 18. Ad proximi igitur possessionem seruator h. l. eodem modo respicit, quo Paulus Rom. VII. 7. per verbum non concupisces ad nonum et decimum praeceptum. Seruatorem ad praeceptum de concupiscentia respicere hoc verbo, res ipsa docet: deficiunt enim in narratione praeceptorum secundae tabulae praecepta de concupiscentia, quorum loco verba a seruatore adduntur, *μὴ ἀποσπεῖν*. Per haec ergo praecipit seruator, 1) proximum non defraudandum esse, secundum nonum, rebus seu bonis possessis: 2) secundum decimum, non priuandum esse auxilio vicario.

q) *Theol. theor. pr. p. m. 841. §. XVII. c. 8. lib. VI. conf. b. LUTHERI Catech. maj. praec. IX. X. circa finem p. m. 480.*


### §. XXXII.

Vidimus, in quibus haec praecepta conueniant: vidimus, in quibus differant. Differunt vero, quando intuemur et contemplamur modum, quo quid potest non licite concupisci. §. XV. XVII. Differunt, quando rationem habemus obiectorum, §. XVI. XIII. XXIX. XXX. Quod contra dicitur, facillime potest refutari et effata aduersantium Augustinianam nostram diuisionem magis firmant, quam euertunt, §. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XIX. XXI. XXIX. XXX. Sunt ergo et manent diuersa, §. XVII, quae talia fuere et in V. et in N. T. ecclesia, §. IX. XXXI.

### §. XXXIII.

Habes igitur, lector beneuole, quae mihi dicenda visa sunt de noni et decimi in Decalogo praecepti differentia, quam, subductis curiose





riose calculis, veritati conformem esse confido. Fateor, cogitata mea non esse limatissima, vera tamen: fateor, me multorum nummorum bibliotheca non instructum, non semper ipsis e fontibus, sed interdum e riuis, verum dulcibus et liquidis, hausisse. Sufficiet mihi, in adia-phoris etiam veritatem, ecclesiae nostrae coronam, in sinu atque deli-ciis habenti, si meas haec cogitationes viris doctis, TIBIQVE, amice suauissime, tanquam fructus saltem hyemales, inter tot ministrorum ver-bi labores hyemales quasi auulsos, se probauisse intellexero. Noui TVI honores qualibuscunque his meditationibus meis ansam dederunt: quos quidem ex animo TIBI gratulor, et, maxima adfectus laetitia, hanc, qua auctus es, dignitatem Deum immortalem fortunare volo. Literarum TVARVM studia Schola Coburgensis velut exasciauit: Gymnasium Casimirianum, duce inprimis magno literatore, SCHWARZIO, doctri-nis TE expoliuit: Almae Philyreae celeberrimi doctores, praesertim MASCOVII, TELLERI, HEBENSTREITII, WOLLII, KAPPII, CHRISTII, WINCKLERI, ERNESTII, quos triennium, et quod excurrit, sedulo audiuisti, literis perpoliuerunt. TE igitur scientia auctum amplissimus Philosophorum ordo laurea Phi-losophica ornat. Maecte, affinis amantissime, TVA virtute esto: maecte virtutis TVAE praemio, quod TIBI, in virtutis et literarum stadio sponte currenti et freno indigenti, calcar additurum noui. Sic tamen cures, vt, habita valetudinis ratione, diu, propitio Numine, currere queas. Hoc honoratissimi parentes TVI a Deo Opt. Max quotidie optant: hoc dilectissima TVA soror et ego vouemus. Vota nostra et preces Deus exaudiat, TE que, dextra TVA prehensum, suo consilio, ducat. Lipsiam autem TVAM diutius, Deo bene iuuante, sic coles, vt trito sermone incolarum Lipsiensium prouerbio: *Extra Lipsiam viuere, est ma-le viuere*; inescatus ne retinearis, praesertim si cogitaueris, *Lipsiam velle expectari.* Vale.




















8.










8.









8.














ELLUM DOMINI IN AMALEK.

15

precatione plurimum contulerint adjumenti, non  
Itaque Moses haec describens provide monere  
potuit, salutarem eventum hunc non manibus  
illarum erectioni, sed fidei esse adscribendum:  
promissa populo huic, ex quo IMMANUEL  
jusque majoribus facta oculo irretorto intuens  
salutis praesidia a DEO expetat & consequatur.

"*ultra vires hominis esse, ait, per aliquot horas  
s habere sine intervallo, multo minus per totam  
ego divinae fuerit, & elevandis manibus, & ora-  
DEUM per integrum diem suffecisse Mosen,  
tratae: cui & ipsa de Amalekitis victoria debe-  
pareat illud quod exstat Hebr. XI, 34. Veteres  
evasisse in bello, per fidem castra evertisse hostium,  
quod MISCHNICI Tract. Rosch Hascbana cap. 3.*

*an manus Mosis erant causa victoriae nec ne?  
"Scripturam docere, quod toto tempore, quo  
iciebant coelum, ac serviebant sincero corde Patri  
lebant; sin minus, cadebant. Nam & haec sen-  
c extra seriem narrationis historicae ponit, ge-  
rpretatur, quod, nisi voce יהיה in sensu futu-  
pta, fieri vix potest. Iustinus Martyr Dial. cum*

*Mosen vota DEO fecisse expansis ambabus ma-  
imitatum crucis; quod si labaret haec figura  
s, mox vincebatur populus: si in eodem perma-  
malek vincebatur, cruce vires addente victori-  
propter preces Mosis superior evadebat populus,  
I IESUS versabatur in prima acie, & Vates si-  
praesentabat. Sed pollicem hic Iustino premere  
Neque enim expansis sed elevatis manibus Mo-  
atus esse legitur: פָּרַשׁ הַיָּדַיִם non פָּרַשׁ*

Eventus proelii fuit Israelitarum de Amalekitis  
prima fronte possit, minus plenam fuisse victo-  
ses debilitandi verbo vtatur, non internecionis  
aut

4.  
28.5.  
21.  
2.  
2.  
3.  
31.  
36.  
3.